FLORES AVREI EX PARADISO SACRAE SCRIPTVRAE ET SANCTORVM PATRVM,

Super totius anni Dominicarum Euangelia collecti ſtudio & induſtria

F. ABRAAM BZOVII POLONI
Ordinis Prædicatorum;

In quibus vt mira varietate, ita & vberi copia tam Sacrarum authoritatibus Scripturarum, quàm profanorum teſtimonijs Philoſophorum, præcipua fidei Catholicæ arcana abundè propalata inſigni non minus cum facilitate quàm methodica tractatione elucidantur.

Omnibus & Theoſophiæ cultoribus & Diuini verbi præconibus ſummè vtiles & pernecessarij admodum haud dubiè futuri.

Indice duplici, vno rebus memoria dignis, altero Sacræ Scripturæ locorum interpretationi ſubſeruiente in legentium gratiam non inconcinnè adornati.

CVM PRIVILEGIIS.

Colegio mayor del Arzobispo

VENETIIS, MDCI.

Apud Societatem Minimam.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Ill.mo & Reuer.mo in Chriſto Patri ac Dom.

D. BERNARDO MACIEIOVIO

Dei gratia

EPISCOPO CRACOVIENSI ET DVCI SEVERIENSI.

F. Abraam Bzouius S. T. Lector, Ordinis Prædicatorum P. F. P.

CONSTANS vſus nec illaudatus omninò inoleuit iamdudum vt lucubrationes ſuas edituri, de Principe viro cui ſe ſuaq; dedant dedicentque ſint ſoliciti: Idipſum mihi in CONCIONVM euulgatione hac contigiſſe potuit, Præſul Illuſtriſsime ac Reuerendiſsime, niſi tuæ dignitatis, authoritatis, ſapientiæ, ac ſummorum in Regni noſtri Polonici ſubditos beneficiorum meritis omnium conatus in hoc præcipuè genere quod ad ſtabiliendam in nutantium animis

FLORES AVREI EX PARADISO SACRAE SCRIPTVRAE

& Sanctorum Patrum,

Super totius anni Dominicarum Euangelia, collecti ſtudio & induſtria

F. ABRAAM BZOVII Ordinis Prædicatorum.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis. Luc. 21. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De ſignorum diem iudicij præuenientium, & horrendæ apparitionis cauſis.

DIVINAE iuſtitiæ quænam conditio ſit, vel ex eo liquere poteſt, quod peccatoribus ſeueram ſcelerum pœnam, non ſine maximo quodam animi mærore infligit. Quum etenim ea quæ præter alicuius naturam ſunt, quiſque inuitus faciat; Alienú verò opus à Deo (vt Iſaias teſtatus eſt) Iſai.28. ſit punire homines: punire homines ſine graui dolore & luctu interno non valet. Huius rei, vt alia omittam, facit fidem, ſuperbiæ exitiabilis Regis Ægyptiorũ Pharaonis diſtricta punitio: quem propter ambitionem teterrimam, ab vſura præſentis vitæ dum excidiſſet, quonam angore mentis hoc ipſum patrarit, declarauit Ezechieli prophetæ hunc in modum, Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonem Regem Ægypti, vt ſcilicet dolorẽ, quo Ezech. 32